



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. III. De involuntario ex ignorantâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

Quo modo ignorantia caset involuntarium. Sect. III. 403

Voluntarium duplex, appetitus & voluntatis.

nihilominus respectu voluntatis certum videtur eum esse minus voluntarium, passio quippe ex qua oritur, esto appetitus intrinseca, voluntati tamen, ut dixi, est extrinseca. Unde quantumvis voluntarium imperfictum, seu actus appetitus sensitivi non sit minus voluntarius ratione passionis, voluntarium tamen perfectissimum, seu actus voluntatis est minus voluntarius, immo aliquid sibi admixtum habet involuntarii.

VI.
Appetitus in omni sententiā distinguatur, saltem formaliter aut virtualiter a voluntate.

Urgbis: in sententiā potentias ab animā non distingue, appetitus non distinguitur à voluntate, ergo actus qui est intrinsecus appetitui, erit etiam intrinsecus voluntati. Respondetur, quamvis in illā opinione appetitus & voluntas non distinguantur realiter, distinguuntur nihilominus formaliter, seu virtualiter, & anima ut appetitiva hoc modo distinguitur à se ut voluntativa. Deinde, hæc duæ series operationum, sensibilium scilicet & rationalium, sunt in tam diverso genere, ut quamvis illæ his subserviant, merito tamen ijs censeri possint extrinsecæ, quod sufficere videtur ad minuendum voluntarium.

VII.
Aliud est minuere voluntarium, aliud minuere meritum.

Licet verò nonnulla minuere subinde queant rationem voluntarii, & liberi, non tamen minuant rationem meriti vel demeriti, sed potius possunt eam augere, cum aliunde defundi possit ratio meriti aut demeriti, ut ex intentione, & diuturnitate, vel etiam frequentia actuum, si simpliciter maneat libertas.

VIII.
Declaratur dictum quadam S. Thomas.

Quando autem Sanctus Thomas hic q. 7. corpore ait concupiscentiam non causare involuntarium, sed magis facere aliquid voluntarium, solum vult concupiscentiam hominem ab objecto illo non avertire, sed efficere ut majore propensione & pondere in illud feratur, licet minus liberè, & hoc sensu minus voluntariè, ut diximus. Ob eandem etiam rationem actus imperatus est minus voluntarius, quam imperans, & electio quam intentio, quia minor in his est libertas.

SECTIO TERTIA.

De Involuntario ex ignorantia.

I.
Ignorantia antecedens.

IGNORANTIA quoad præsens dividit potest in eam quæ est causa, & quæ non est causa actus. Ad quod cum Theologis communiter, notandum ex S. Thoma hic q. 6. art. 8. corpore, ignorantiam de qua hic est sermo, triplicem esse posse: *antecedentem*, quæ est causa actus, & impediti non potuit, ut cum quis adhibita debità diligentia emittens sagittam occidit amicum, aututmans esse ferat, sagittam alias non emissurus: consequentem, sic dictam, non quod sequatur rem jam factam, sed quia ex aliquâ alia volitione oriatur, per quam scilicet non vult inquirere, & si magna sit negligentia, vocatur ignorantia crassa, vel supina; ut cum quis non interrogans, cum facile possit, & debeat de quibusdam circumstantiis, actionem malam facit, violat exempli gratia jejunium, non interrogans de diebus jejuniis, cum tamen suspicetur dies illos appropinquare: quod si eo animo interrogationem omittat, ne feciat tempus jejunii, vocatur ignorantia affectata.

II.
Ignorantia concomitans.

Tertia ignorantia est *concomitans*; quæ nimirum nec est causa cur actio fiat, nec si abesset, impedit quo minus adhuc fieret, ut cum quis, inquit S. Thomas, existimans tali loco latere se-

ram emitit sagittam & occidit inimicum, quam tamen actionem non minus exerceret, si sciret illuc esse inimicum: hæc pròinde ignorantia vocatur *concomitans*, quia nullo modo influit in actionem. Dicuntur itaque ignorantia *antecedens*, *subsequens* & *concomitans* ob diversum modum & respectum, quod se habent ad effectum, seu voluntationem agendi.

Ad has divisiones ignorantiae reducuntur aliae, ut ignorantia voluntaria & involuntaria, culpabilis & inculpabilis, vincibilis & invincibilis, & si miles. Hæc, inquam, omnes ignorantiae sub aliquâ ex præcedentibus, antecedente scilicet, con sequente, vel concomitante supinâ seu crassâ, vel affectata continentur: de quibus proinde hic plura non adjiciam.

Tres aliae restant ignorantiae divisiones, quæ quamvis ad hunc locum propriè non spectent, ad pleniorum tamen ignorantiae cognitionem hæc cas adjectiam. Prima est *ignorantia negationis* & *prava dispositionis*. Illa, si sumatur physice, est negotio omnis cognitionis circa rem aliquam, & vocatur nescientia; sumpta tamen moraliter, est tantum negotio scientie seu cognitionis circa rem aliquam moraliter debitum: si verò non sit tantum negotio scientie, sed error circa rem aliquam, quæ ignoratur, dicitur ignorantia *prava dispositionis*, idque vel physice (omnis quippe error est mala hominis, seu animæ dispositio, & coincidere videtur cum conscientia erronea) vel etiam *prava moraliter*, si nimis sit voluntaria.

Dividitur insuper ignorantia in eam quæ opponitur constanti scientie, seu cognitioni veluti habituali, & in eam quæ privat actuali advertentiæ, vocarique solet *inconsideratio & oblivio*; à non nullis denique appellatur ignorantia *actualis*.

Terter tandem ignorantia divisio est in ignorantiam juris & facti. Per jus verò hæc intelligi solet præceptum quocumque, aut lex tum humana, tum etiam divina, sive naturalis sive positiva. Utrum autem lex seu jus naturale ignorari possit nescire, dicitur postea, & utrum vincibiliter an invincibiliter. Ignorantia facti est, cum vel res ipsa, vel aliqua illius circumstantia ignoratur; utraque enim hæc ignorantia facere potest involuntarium.

SECTIO QUARTA.

De ignorantia antecedente.

HIS ergo positis dicendum cum S. Thoma, ignorantiam *antecedentem* causare involuntarium simpliciter: *consequentem* causare voluntarium absolute, & involuntarium secundum quid: *concomitantem* nec causare voluntarium nec involuntarium, sed non voluntarium, formaliter scilicet in ratione non voluntarii, nam in actu ipsum nullo modo influit, nec cum causat, cum codem modo poneretur ille actus, licet ignorantia hæc abesset.

Prima pars conclusionis probatur, ignorantia enim illa antecedens facit, ut hæc amici occisio non sit ei voluntaria, & cum ex alia parte uniusquisque inclinationem habeat ad non occidendum amicum, censetur hic actus ei involuntarius; ille etenim affectus actionem hanc impediret, si ad esset circumstantie illius cognitio. Unde hæc ignorantia, licet non directe, per accidentem tamen

Varia divisiones ignorantiae.

IV.

Ignorantia prava dispositionis est conscientia erronea.

V.

Ignorantia juris & facti.

Ignorantia antecedens causat involuntarium consequens causat voluntarium, concomitans non voluntarium.

II.

Ostenditur ignorantiam antecedentem causare involuntarium.